

vel primæ regulæ, quæ sine Algebra
perfecta cognitione absolui nequeunt,
vt interim omittam omnia quintæ, sex-
tæ, septimæ, ac reliquarum regularum
exempla, quæ per pulcrè Christopho-
rus Ianuer in ordinem digessit. Sed
hæc veluti præambula ac progymnas-
mata sint ad illa altiora, quæ aliquan-
do, Deo fauente, in lucem dabimus, ni-
si per alios, quos iudicemus expectamus,
nobis hæc palma præripiatur.

DE PROPORTIO- NE PARS QVARTA.



Musica
Propor-
tio.

ROPORTIONEM APP
pellant Mathematici diuersarum quantitatum ad inuicem habitum seu rationem.
Ac primum in triplicē dis-
tinguitur, in Musicam videlicet, quæ
concentuum seu tonorum ad inuicem
symmetriam tractat. In Arithmeticam,
quæ